UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De ce[n]suu[m] iustitiæ & co[n]ditionibus necessario requisitis cap. 45. 46. 47. 48. & 46 [i. e. 49].

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

gi de cenſu tam perpetuo quã temporali, & tam de irredimibili quã redimibili, idque ex natura rei, ſeu ſpectata natura contractus.

De cenſuum iuſtitia, & conditionibus neceſſario requiſitis. cap. 45. 46. 47. 48. & 49.

HÆ conditiones in vniuerſum requiruntur ad iuſtitiã Cenſus prout nũc fiunt. *Prima, quod apud venditoré verè & realiter ſit illa res, ſignata, & immobilis, cuius fructus venduntur, & illa ſola obligata maneat, quam uis poſſint etiam & reliqua illius bona hipothecari ad maioré ſecuritatem cenſus, modò emptor emat talem aſſecurationem iuſto pretio, & vendens nõ impediatur, ne aliis ſuis bonis, ad libitum interim vtatur, ac prӕterea re ſu-

pra quam eſt cenſus pereunte fortuito,non ſit obligatio ad ſoluendum cenſum. * Secunda. quod talis res verè illos fructus reddat, quorum ius emitur, & non pauciores.*Tertia. Quod ſi res illa pereat, vel fructus illius, ſine culpa venditoris : emptor non poſſit percipere fructus niſi pro rata, hoc eſt ex parte,ſi ex parte ; vel ex toto,ſi ex toto illa perierit. Quarta. Quod pretium ſit iuſtum, habita temporis,ac fructus quantitatis & ſecuritatis ratione, quale illud eſſe diiudicatur,quod ex lege, vel communi conſuetudine eſt approbatum. * Quinta. Qui cenſum emit, non cogat vēditorem, vt redimat; nam tunc videretur virtuale mutuum: cum autem is reemere, vel redimere voluerit, poteſt ſemper, etiam per partes.

De Cambio quid ſit, & eius ſpeciebus. Cap. 50.